

innocentes. p. libertate ecclesie. ut thomas cantuariensis. p. assertione veritatis. ut isaias hieremias. p. arguitione peccati. ut Johannes baptista. **I**te notandum quod triplex genus martium est. Quidam patiuntur voluntate et actu. ut isti martires. Quidam voluntate non actu. ut Johannes evangelista. Quidam non voluntate sed actu. ut innocentes. In quibus pro christi vice mortui sunt. suppleuit si quod defuit voluntatis. Unde ordinat eorum festa post natiuitatem domini secundum maiorem martirum dignitatem. primo stephani. secundo **J**ohannis. tercio innocentium. **N**am dilectus ecclesie christus candidus in iohanne rubicundus in stephano electus ex milibus in innocentibus. **P**redictum autem pati voluntaria inducit tres nobiles effectus in anima. **P**rimo imaginem anime deformatam reformat. Quia enim pro peccatum quo imago deformata. recidit homo in pati inuoluntarie et necessario. **I**tem si imago debet reformari. oportet quod hoc fiat per pati voluntarie. Ad cuius euidentiam sciendum quod a principio homo a nulla pati potuit creatura. quia eam omni deus constitutus est. ut fuit genus. **F**aciamus hominem. **P**rimo. **O**mnia subiecisti sub pedibus eius et cetera. **P**ost peccatum omnis creatura recidit in tormentum eius. ut per sapientiam. **E**t hoc digne quia recidit ab obedientia sui superioris. **I**tem a sua obedientia recessit omnis creatura. quod etiam armata est contra hominem pro inuoluntate. **E**xemplum de tyrraca que conficitur ex turo serpente adiuncto a romantico alio. et sic repellit omne venenum. **S**ic pati si adiunctus fuerit voluntarium unione pati christi est medela contra pati inuoluntarium. **O**portet igitur quod pati voluntarium reformari per imaginem. **U**nde dominus in euangelio luce. **I**n patientia vestra. **I**n patientia vestra. **I**n patientia voluntarie possidebitis animas vestras. **A**d apta de utilitate huiusmodi pati voluntarie dicit **A**ugustinus. **T**rede dicitur dicitur. **P**ro sunt ista mala que fideles pie ferunt vel emendanda peccata. vel ad exercendam probandamque iustitiam et ad demonstrandam virtutem huiusmodi miseriam. **U**t illa ubi erat beatitudo vera si daretur ardentius et instantius inquiratur. **S**ecundo per imaginem creatam imaginem in creatura conformat. **Q**uod patet ex eo. **P**rimo secundo macrobii virtutes purgati animi hominem supra humanum modum eleuant. pro quanto animus a terrenis abstractus diuinitatis inherere faciunt. **I**ta quod per hanc beatitudinem que est pati voluntarie. confertur ei diuinitas ut non solum passiones vinctat. immo ignoret passiones. vel etiam gaudeat de passionibus. **E**xemplum de pisce.

qui gaudet in aqua. **S**ic isti in tribulationibus. **S**iquis igitur scire voluerit qui sint hi qui habent istam beatitudinem. **I**lli solus sunt qui carne sua perfecte spiritui subdiderunt. et se ipsos triumphaliter vicerunt. **S**icut sanctus mauritius. **T**ercio celesti regno animam associat. **U**nde subditur. quoniam ipsorum est regnum celorum. **Q**uod est tertium principale. **A**d idem est quod in fine euangelii subditur. **G**audete et exultate ecce merces vestra copiosa est in celis. **E**t hoc tria predicta nomine regni celorum intelliguntur. **S**ciendum igitur quod regnum celorum tribus modis sumi potest. **U**no modo pro imagine dei que inter nos est quantum ad primum. **S**ecundo pro abstractione anime supra se. quando omnia sibi sunt quoddam celum. et omnia animus recepit pro gloria celesti. secundum hieronimum. **T**ercio modo pro ipsa gloria celesti que nullatenus confertur nisi patientibus pro christo. **E**xemplum in christo quem oportuit pati. et sic intrare in gloriam suam. **I**tem exemplum de omnibus carnis et electis christi qui omnes per viam passionis voluntarie venerunt ad regnum celorum. **D**elirant ergo qui sine pati voluntate possidere regnum. **S**ic sanctus mauritius. **T**ales autem pro christo voluntarie patientes. **S**icut isti vere dicuntur domini. et eorum festum congrue festum dominorum nuncupatur propter predictos tres effectus. **E**t ut dicit **G**regorius in oratione supra illo verbo. **I**n patientia vestra possidebitis animas vestras. **P**er patientiam inquit possidemus animas nostras. quia dum nobis ipsis dominari discimus hoc ipsum incipimus possidere quod sumus. **R**ogemus.

**S**ermo tertius. **I**sti sunt qui assistunt dominatoz vniuersae terre. zacharie quarto. **S**icut dicit apostolus. **I** corinthios. **S**iquidez sunt domini multi. nobis tamen unus dominus iesus christus pro quem omnia. pro ipsum. **S**umus quidquid sumus tam in esse nature quam in genere. **U**bi dicitur gloria quod unus sit deus et dominus creator omnium et conseruator. **Q**uia tamen sunt dii et domini pro parte in celo quam in terra. **I**n celo quod sicut sancti qui iam regnant cum christo. **I**n terra estiam sicut iusti qui sunt alii. et qui sibi ipsis dominant. carne spiritui subicientes. **E**t secundum hunc sensum verba promissa pro festo dominorum de istis gloriozis martiribus mauritio et sociis eius exponendo ouenient dicitur per. **I**sti sunt. subaudi domini qui assistunt dominatoz vniuersae terre. ubi pro terra intelligitur abitur tota vniuersa terra. **C**elorum terre. **S**icut ibi. **D**ominus est terra et pleinitudo eius. **I**sti ergo gloriozi sancti bene